

**Applausus votivi
solenni promotionis
actui; in quo summos in
philosophia ho...**

Hammar, Christiernus Benedicti,

82 Aa 13/2 Sierman



National Library
of Sweden



SOLENNI PROMOTIONIS ACTUI;

In quo

Summos in Philosophia honores, ex decreto Ven. Fac. Philos.

PROMOTORE Viro Amplissimo

DN. M. PETRO LAURBECCHIO,

Poëtes Professore meritissimo,

Vir Juvenis Clariss;

DN. NICOLAUS SIERMAN,

Philosophiæ Candidatus pereximius,

In Academia Aboënsi, die 7. Decemb. Anni 1682. ritè est consecutus;

Honoris & officij ergo dicati,

Ab

AMICIS & STMPATRIOTIS.



Ullus argento color est avaris
Abdito terris, nisi sub nitenti
Luce veretur, nisi temperato
Splendeat usu.

Indolis nec fors vigor ullus, arctis
Quæ laet claustris, hominum nisi ipsa
Luce veretur, facilem sui que
Commodet usum.

Dum, vel augustos sophiæ per hortos
Purius vivo labra fonte tingis,
Vel magis claræ juga celsa tentas
Scandere Divæ;

Quidquid assultu temerare siveit
Impio Musas, sua qui aut dederunt
Nomina his, frangi patiente nunquam
Corde tulisti.

Ergo sublimi tueor cathedrâ
Stare te, SIERMAN, prope teque doctos,
Inter aspectus populi frequentes,
Cerno Magistros.

Pileus cingit caput eruditum,
Annulus comptis digitisq; splendet,
Atque permultos merito labores
Pensat honore.

Jam Magistrali titulo decoro,
Inter applausus tibi gratulantum,
Inter optantes tibi multa fausta,
Me quoque cerno!

Gratulabundus posuit

CHRISTIERNUS Hammar/
Smol.



Psallito nunc animo, SIERMAN, Patriota colende;

Psallito, cordicibus jubila lata fove!

Quando hodiè in nostris Pallas dominatur A-
boënsi,

Translatusq; Helicon monstrat adesse Deas.

Ca, Obvius divitum! conspuit ordine longo

Omnes præclari, turba verenda, viri!

Testantur fidas operas fidosque labores

Navasse, & gradus hic nomina clara dabit!

En! Cathedram ascendit Promotor ad athera notus,

Quique solet carmen pangere voce sua;

Is digitum exornat gemmâ, dicitque Magistrum,

Imponitque comis laureaserta tuis.

Pramia non aliter poterant te certa manere,

Ni Phoebi tibimet strenuus esset amor:

Certius baud usquam potuisses discere docti

Arbitrium de Te judiciumque gregis.

O nimium felix! felix tibi vivitur annus;

Felix hac hora est, gaudia digna cape!

Nunc Tecum exultet plaudens Smolandica tellus;

Gaudeat impense Natio nostra simul!

Gratamurq; tibi claris insignibus aucto,

Optamusq; pia, sint eâ fausta, prece!

Gratulor hinc matri & cunctis tibi sanguine junctis!

Vana quibus non spes, irrita nec fuerat.

Macte, recens titulis, vitæ ornamenta parato;

Quoq; vocat virtus Te tua, perge, precor!

I Decus his zephyris jam jam, Clarissime fautor,

Ut fias patrii gratia magna Soli!

Sit tibi pro facto satis, obsecro, certa voluntas!

Sis meus: ipsetuus semper amicus ero!

Rudi quamvis Minervâ, officioso tamen a-
nimo cecinit

ANDREAS A. SLEATHERUS W.Smol.



